

CATULL**Lesbia – Zyklus****c. 8**

Miser Catulle, desinas ineptire,
et quod vides perisse, perditum ducas.
Fulsere quondam candidi tibi soles,
cum ventitabas, quo puella ducebat
amata nobis, quantum amabitur nulla!
Ibi illa multa tum iocosa fiebant,
quae tu volebas nec puella nolebat.
Fulsere vere candidi tibi soles.
Nunc iam illa non vult: tu quoque, inpotens, noli
nec, quae fugit, sectare nec miser vive,
sed obstinata mente perfer, obdura.
Vale, puella! Iam Catullus obdurat
nec te requiret nec rogabit invitam.
At tu dolebis, cum rogaberis nulla :

Scelesta, vae te ! Quae tibi manet vita?

Quis nunc te adibit? Cui videberis bella ?

Quem nunc amabis? Cuius esse diceris?

Quem basiabis? Cui labella mordebis?

At tu, Catulle, destinatus obdura.

Übersetzungshilfen :

ineptire	sich unpassend benehmen, ein Narr sein
videre	bezeichnet das unmittelbare Wahrnehmen
ducere	bezeichnet die innere Einstellung, die Verarbeitung des Wahrgenommenen: ansehen als
fulsere	wie fulserunt, zu fulgere, eo
tibi	Catull redet sich selbst an
soles	wie dies
ventitare	verbum frequentativum zu venire
ducere	hier: führen
nobis	Dat.auct., Catull meint nur sich selbst
quantum (Adv.)	nimmt auf ein zu amata hinzu zu denkendes tantum Bezug damals
ibi ... tum	Scherze, Neckereien, Liebesspiele
iocosa	hier: machtlos, unbeherrscht
inpotens	Nom.Sg.f.
quae	verbum frequentativum zu sequi
sectari (erg. eam)	unbeugsam
obstinatus	hier: Herz, Seele
mens	aushalten
obdurare	hier: vermissen
requirere	hier: begehren
rogare	Prädikativum zu te
invitam	Prädikativum: „als keine“, nicht
nulla	du Ärmste
vae te	schön
bellus	wessen Geliebte wird man dich nennen können?
cuius ... diceris?	küssen
basiare	Lippe
labellum	wie obstinatus
destinatus	